

(3) De Exauditione certa est omnino fides, etiamsi A cum dubitatione quandoque colluctari habeat. Adeoque inter orandum David se exauditum predicat, licet exauditionis nondum foris evidenter adeo cernat effectum, in aeternum enim Deus non litigat cum suis: Psal. CIII, 9. Jes. LVII, 16.

#### USUS E VERSU X.

(1) Oratio nostra sit techinna, tephilla, b. e. flebilis, gratia soli innixa, constans, &c.

(2) Deus, ut omniscius, audit omnia nostra dicta, (Ps. CXXXIX, 4.) imprimis precantia; non tamen audit solum, sed & accipit, vel benigne suum Fiat subscribit. L. de Precibus.

#### USUS E VERSU XI.

(1) Satius est, hic Pudeferi ad tempus per respiciendam salutarem, quam cum reprobis coram toto mundo confundi in aeternum. Tempus gratia qui negligit, infallibiliter pudori infinito se exponit.

(2) Pii Davidis hostes, hostes sunt ipsius, quem colit David, Dei: Matth. XXV, 4. 5. Act. IX, 4. 5. Male proin inimicorum suorum confusionem pollicentur sibi filii hujus seculi, cum Deum labiis solum externis colant.

(3) Infaustus est osorum pietatis piorumque eventus: Ps. XXXVII, 20.

### PSALMI VII. DISPOSITIO.

Innocentia Justi. Judica impios. Deus justi causam judicat.

**D**Uæ Psalms hujus sunt partes principales. I. petitio; ubi efflagitat partim liberationem ab hostibus ob suam scil. (α) spem in Deum vers. 2. (β) hostium crudelitatem vers. 3. (γ) suam innocentiam vers. 4. 5. 6. partim vindictam adversus hostes;

ob eorundem fremitum; ob judicium promissum vers. 7. ob populorum concursum vers. 8. ob Davidem innoxium vers. 9. ob Deum, ceu judicem omniscium, justum, longanimum, vers. 10. ad 18.

II. gratitudinis promissio, vers. 18.

### PSALMUS VII.

#### EXPLICATIO VERSUS I.

שָׁמַיִם ode erratica:) non uno metrorum genere, sed ex varie intercurrentibus constans, fortè, quia affectuum vehementia certæ legi adstringi se non passa est ob afflictionum vehementiam, sed modò huc, modò illuc saltum velut fecit; quomodo Hab. III, 1. (ubi vox hæc semel ad huc recurrit in pl.) שָׁמַיִם idem est, ac juxta cantiones erraticas; quod ex inæqualitate versuum patescit: ita Tarn. quem vide, ut & Getak. cinn. cap. 10. pag. 126. Rad. est שָׁמַיִם erravit hinc inde, item per ignorantiam à semita legis aberravit. Si delectationis probaretur significatio è Prov. V, 19. & XX, 1. non ineptè intelligeretur Carmen oblectans. Menachem dicit esse nomen instrumenti apud R. Salom. quod ipsum tamen sequentia verba refellunt. Num enim coherent? cythara, tibia, v. g. quam cecinit, &c. Luth. Unschusdt Lekach. die Mißgreiffung zu David/ allegatque historiam de præcisa ora vestium Saulis 1. Sam. XXIV, 5. seq. ita de errore Davidis adversariis suis atque Sauli maledicentis, Midr. Rasche. sed Kimchi, Aben Esra, Calv. &c. de certa cantici specie, uti dicitur Sapphicum, &c.

שָׁמַיִם cecinit:) five voce, five adhibitis instrumentis; confer 2. Par. IX, 11.

עַל דְּבָרַי propter verba:) scil. calumniatoria, vel sarcastica: non est liberans eum: secundum Midrasch. Aliàs in sing. עַל דְּבָרַי idem est ac, propter. Verùm in plur. exemplum fortasse non habebis. Sic & Kimchi: David res multas habuit cum Saule. vide Masor. apud Viccar. quæ tamen parum juvabunt. De conversione gentium & confessione תְּרוּמָה Trinitatis; inscriptio Paris. Syra, apud Viccar. itemque in Codice Anglicano.

כִּישׁוֹן des Moren. exponunt hoc nonnulli de Simeï maledico, 2. Sam. XVI, 7. De Saule ipso dictum volunt Tarnov. Lekach tobh, Hier. Chald. Glass. l. 4. fol. 732. l. 5. f. 513. adeoque conjiciunt dici

Kus qu. (filii Kis, i. e. Saulis) nomenque reticeri, quia regi non maledicendum, Cob. X, 20. Vel secundum Kimchium, quia Saul non mutabat odium suum erga Davidem æquè ut æthiops non mutat suam pellem; Jer. XIII, 23. Verum improbabile forsitan non erit, si de aulico quodam Saulis id nomen accipiamus, qui delator iniquus fuit Davidis, cujusmodi plures apud Saulem fuisse, facile conjiciet quilibet: confer 1. Sam. XXIV, 10. Sic apud Joabum ejusmodi officialis erat כִּישׁוֹן 2. Sam. XVIII, 21. seq. Ita Aben-Esra de Benjaminita aliquo כִּישׁוֹן dicto, & non de Saule. Sic & R. Obad Gaon de Benjaminita quodam coram Saule accusante. Aliàs כִּישׁוֹן notat æthiopem: unde nonnulli ad nigrum animo transferunt, qui incorrigibilis est, &c. vide Amos. IX, 7. estis mihi, qu. כִּישׁוֹן בני filii Æthiopum. Vide Luth. 1. 4. 7. G. fol. 540. Drusium l. 2. quest. & resp. n. 25. De Chusi, Davidis amico, Achitophelis consilium dissipante, minus appositè nonnulli Græci apud Corderium.

בְּדִימוֹתֵי בְּנֵי בְּנֵי בְּנֵי Benjaminitæ:) qui scil. Saulis erat contribulis, adeoque verbis suis plus apud eundem pollebat, tum temporis namque Benjaminitæ primas in regno obtinebant. 1. Sam. XXII, 7.

#### EXPLICATIO VERSUS II.

אֱלֹהֵי דֵּימוֹתֵי Deus meus:) affixum h. l. est indicina fidei, ostendens, animam Davidis adeo inseparabilem esse à Deo, velut affixum sine suo nomine subsistere prorsus nequit; imò ex nomine & affixo fit unum quid: ita fides quoque nos unit Deo.

אֲשֶׁר שָׁמַיִם speravi:) i. e. hucusq; & adhuc spero. Luth. idy trave in præsentem: ob actum scil. continuum. De voce hac vide Ps. V, 12. Utut ergo David causas secundas non posthabuerit, iisdem tamen confidit nunquam, sed soli Deo tribuit successus.

אֲשֶׁר שָׁמַיִם salva me:) vide Psal. VI, 5.

מכּל